

P. 6. 126

or

1

Th. hist. R ~~II~~ 20.
I, 714.

10

Confessio
Regis Galliae,
LUDOVICI XIV.


Chronogramme auf A. 15?



Confessio

Regis Galliarum

LUDOVICI XIV.



Ummo Moribundus Pontifici Germano
 Ludovicus Decimus Quartus
 Rex Galliae
 Confitetur.

Rex. Audi Sanctissime Pater :

Aeternam abiturus est vita viam,
 Eo tibi momento vera loquor,
 Quo inexpiabiles animo fraudes
 Concipere,
 Quo mentiri,
 Non amplius meum est.

Audi Verba mea,
 Extra vitam prolata :
 Confessionem,

Ultra tempus factam :
 Ne sint sacrilega

Ryswicii ultimâ vice, sed sacrilege, confessus sum.

Anno 1697.

A 2

Primo

§§ (4) §§

Primogenitus Regni,
Rex Galliae Salutatus:
Ludovicus Decimus Quartus,
Spes Patriae,
Regni Salus,
Potens, Magnus
Acclamatus à Populo.

Edo
Imperij mei scopus erat & meta,
(Danielis Prophetæ somnio interritus)
Quintam Stabiliendi Monarchiam,
Regnumque meum
Non nisi Cœlo & Oceano terminandum,
Ut ita essem
Alexandro Magno Major,
Non inferior Cæsare,
Potentissimus, quia Christianissimus,
Primogenitus Europæ, quia Ecclesiæ.

Duo oppenebantur
: Votis meis.
Hispanorum potentia,
Et
Intestinum Regni mei adhuc gliscens malum.
Hos obices,
Hæc repagula
Ut perrumperem ;

Primò.

¶ (5) ¶

Primò

Galliam conciliavi :

Ut extaret

Penes unum,

Me Regem,

Imperium :

Penes omnes obsequium :

Et sic

In Exteros

Liberius favirem.

Motus igitur

Absentia primo

Pacavi Civileis.

Aurelianos, Condæos, Longavilleos.

Intestinum Regni mei malum.

Simulavi

Lutetiæ Curiam

Placitam Juratam

Mihi.

Jura

Mirabar Nobilium,

Parlamentorum autoritatem,

Et liberam

Subditorum

Fidelitatem.

A 3

Non

Non nisi vero
 Sub hac mea simulantis absentia,
 Principum honesta praesens,
 Parliamentorum coacta,
 Et subditorum
 Latebat Asinina Servitus.

Jura modo
 Convulsa penitus,
 Et leges Politicas,
 Trium alias Ordinum Consensu roborandas,
 Confirmare modo
 Regium munus est:
 Pro arbitrio
 Parliamentorum.

Regis praevaluit autoritas.
 Parte altera,
 Praefractè potestati suae inhaerente,
 Reliquis exemplo,
 In exilium missa;
 Pars altera

Meam Regis adorat potestatem.
 Subditos
 Obedientiam Coecam docui.

Et
 Sub immensorum tributorum,

83 (7) 84

Mille malis artibus,
Mille maledictis fraudibus
Extortorum pondere ingementibus,
Paupertatem
Imperavi.

Fidelitatemque volui,
Necessariam
Non
Liberam.

Principibus ita in obsequio,
Privato autoritate Regiâ Senatu,
Civibus in servitute,
Imperabam
Monarcha Gallus.

Sic volo, sic jubeo, fit pro arbitrio,
Ratione Voluntas.

Gallia Conciliatâ,
Orbem
Unam construendi domum,
Labor & opus erat.
Hispaniam modo
Si fecissem
Partem domûs!

Hæc

103 (8) 104

Hæc

Intra se oriri videbat solem

Et occidere.

Illos invenerat mundos,

Quos

Alexander cogitabat.

Hæc

Tribus Orbis partibus

Quartam adjecit.

De successu fælici

Nunquam dubius,

Cum senescente jamjam Hispanorum fortunâ,

Ibi rerum

Potirer Gallus,

Ubi

Defuit Hispanus.

Vi itaque

Rem primo aggressus sum;

Amicitiam denuo scinulans.

Fraude vero & auro

Rem tandem vici, triumphavi.

Vi Bellisque

Injuste sæpius inceptis,

Compositis ad tempus,

Resumptis pro arbitrio,

Contra tot Contractuum initorum articulos,

Fidem-

❧ (9) ❧

Fidem toties
Jurato datam,
Jus belli pacisque
Pro lubitu usurpans,
Calvas demum
Frivolasque belli causas,
Obtendens,
Feci quod volui.
Et sic propitiis
Vejove, Marte, Mercurio,
Non - divis:
Quos inprimis colueram:
Si non pulcre,
Saltem ex voto
Rem meam egi,
Clerum
Simulata Religione:
Amicos,
Dein Regni Pares,
Ostentatione Potentiæ;
Tum Honore, Spe, Titulis,
Minime Imparibus,
Decepi.
Denique Servos
Pollicitis & Auro coëgi,
Hispaniam emi, circumveni,
Non vici.

B

Ter-

Tertium obicem,
Ne obtruderet Austria,
Fortis & sola æmula,
Dissipavi Germaniam,
Italiam occupavi,
Truncavi Belgium,
Angliam turbavi,
Fovi Hungariam,
Sueciam petii,
Rogavi Turcam:

Et

Nullorum profusus
Displicebat fides,

Nisi

Quorum emebatur fidelitas.

Terram,
Et inexhaustum Mare,

Rapinis,

Incendiis,

Prædationibus explevi.

Amicorum pariter & Inimicorum
Opimis spoliis

Infolens,

Indigna quæque digna habui.

De

De his & omnibus peccatis meis,
Absolve me Regem
Sanctissime Pater!

S. P. Non dimittentur tibi peccata,
Nisi restituas ablata.

Rex. Absolve me Regem!
Circumdede runt me dolores mortis,
Et pericula Inferni invenerunt me.

S. P. Ex Inferno nulla redemptio.

Rex. Maledicta Regum mortalitas,
Maledicta Sceptra,
Regna, Gloria
Momentum & inter omnia nihil.

Quis comitabitur funus meum,
Consiliis armisque Potentissimi
Regis Regum?

S. P. Non nisi Germanus Miles
Pedites equitesque magno Numero.

Rex. Quis faces præferet
Orbis universi Christianissimo?

S. P. Angli, non Angeli.

Rex. Quis Crucem ?

S. P. Hollandi.

Rex. Quo migraturus ?

S. P. Sacramentum est.

Rex.

Mea Culpa, mea Culpa,

Mea maxima culpa !

Ideo precor Beatam Annam
Britanniarum Reginam agnoscens :
Beatum Carolum Archiducem ,
Legitimum Hispaniarum Hæredem :
Beatum Joannem Lusitaniæ Regem :
Imperii & Unitarum Provinciarum
Status Liberos.

Eugenium & Marleboroug

Duces belli

Meis longe excellentiores.

Omnes

Omnes in Perniciem meam constanter Foederatos,
Et Te Sanctissime Pater ! Orate

Pro me Ludovico,
Articulos Pacis,
Quoscunque volunt,
Enixé petente
Ad

Quietissimum Romanorum Imperatorem
JOSEPHUM PRIMUM.

Summus Po. Germanus. Ergo
DICite GaLLIæ RegI
Et Regno reqVie M.

Nenie

Sive

Requiem Gallorum.

Dies Iræ dies illa,
Erit Gallis intranquilla,
Ludovico cum Sibylla,

Horror tremor est futurus ,
Si Germanus jam venturus ,
Ense Cuncta petiturus.

Tuba mirum sparget sonum :
Ludovice redde thronum ,
Hispanarum Regionum.

Rex stupebit & Natura ,
Si Gallos sit aggressura
Germanorum armatura.

Miles scriptus adducetur ,
Hollandus Anglo jungetur ,
Ut sic Gallus perdometur.

Ludovicus obstupebit ,
Si inultum non manebit ,
Quidquid Galli apparebit.

Si jam pacem petiturus
Non Germanus auditorus ,
Nisi Cuncta redditurus.

Cunctis tibi Rex sublatis ,
Ut nullius Majestatis ,
Germanus habebit fatis.

Recor-

Recordare Ludovice ?
 Quod sis Cauſa huius viæ,
 Poſthac fidem colas pie.

Dux Philippus redit laſſus,
 Pro Hiſpano multa paſſus,
 Tantus labor jam eſt Caſſus.

Cæſar, tempus ultionis
 Eſt jam; dies rationis:
 Ne des ſpem remiſſionis.

Deplumetur Gallus reus,
 Criſta pallet culpâ ejus,
 Ludovicum punit Deus.

Satis Galle tu cantasti,
 Qui Europam de fraudasti:
 Nulli fidem & ſeruaſti.

Voces tuæ non ſunt dignæ,
 Audiantur ut benigne:
 Tu cogendus armis, igne.

Fimo locum Gallis præſta,
 A Gallinis ne ſequeſtra,
 Tum cantabunt magna geſta.

Fufis

Fufis Gallis bello victis ,
 Pacem dabis benedictis ,
 Cæfar : cunctis jam affictis .

Oret fupplex & acclinis ,
 Ne fis Cæfar clemens nimis ,
 Sit Gallorum fraudis finis .

Læta dies , dies illa ,
 Quâ jacebit in favilla ;
 Ludovicus Gallus reus ,
 Quem nec amat ipfe Deus .

Pie Jefu Domine.



AB 153348


ULB Halle 3
003 000 46X




12

1007







10

Confessio
Regis Galliaë,
LUDOVICI XIV.

chronogramme auf 1661

